



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Sponsa Dvorvm. Titulus IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

306 ANALYS. IVRIS PONTIFICI
DE SPONSA DVORVM.

Titulus IIII.

Polygamia, quæ non vnius, sed plurium uxorum promiscuus usus dicitur, cū matrimonio pugnat: nec nostris temporibus, licet à primis patribus non omnino absq; vitio, usurpata fuerit, conceditur. Quæ igitur duobus per verba de præsenti nubit, non posteriori, sed priori adhærere debet: nisi cum primo sponsalia de futuro, & cum secundo, sponsalia de præsenti contraxerit. Tunc enim non primo, sed secundo adhæredit. Quia, sicuti sponsalia de præsenti, sponsalia de futuro, soluunt: ita etiam spousalibus postea de præsenti contractis præferuntur: intentu ut si post sponsalia de præsenti matrimonium esset contractu, & copula carnali consummatu, firmatumq; iurisiurandi religione, ipsum dissolueretur. Et fœmina à fide recedens, seq; alij iuges ecclesiastica districione ad primum redire compelleretur. Quod quidem Alexander III. contra antiquitùs iudicatum introduxit, in c. licet præter, ext. de spon. duorum. Item statuitur in adolescenti, qui duas per verba de præsenti, sibi de spousat, tenetur enim primam desponsata in uxorem habere, & si prius secundam cognouerit, c. tuas dudum, extr. eod. Quod si verò sponsalia contracta negentur, moueaturq; super hoc in iudicio controuersia, lite pendente, matrimoniu ex interdicto contrahi non debet, alias contraci matrimonij rescissio cum infamia contrahentis permittitur, c. tua fraternitas, ext. eod. & glos. in Leu qui duas, C. ad I. Iuliam, de adul. & stupro.

DE